



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

De Sacerdotii Origine & Præstantia - Variis item Industriis, & Praxibus, quibus Sacerdotes boni ad Dei gloriam suámque & Proximi salutem promovendam sunt usi ; Malorum Qvoque Sacerdotum infelici interitu, radicibus, & remediis Cui etiam Compendium Ritualis, ea, quæ pro commodiori Sacramentorum & ...

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1681

§. 6. De Exemplis Caritatis erga Pestiferos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48600](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48600)

deferebat obsequium, nec unquam eos deserebat, tamen S. morbus periculosus esset. Vita l. 3. c. 11.

Vincentius Caraffa Societatis JESU Generalis caritate amore prosequabatur, ut neque Generalis officium, neque squallor Personarum, neque locorum fœtor, neque eorum dehortatio, neque vitæ periculum ab eorum seculum absterere potuerit, unde tandem lethalem ex morbo sequio morbum contraxit, & mortem, quam in hoc vitæ oppetere semper desiderarat, obiit. Vita l. 1. c. 11.

Nicolaus Bobadilla ex eadem Societate in Castriis, etsi ipse laboraret pestifero morbo, tamque doleretur, ut vix vestigio hæreret, nihil tamen de labore sed ægris diu nocturne in Nosocomio adstitit. Vita l. 1. c. 11. p. 1. l. 6. n. 56.

II. Itaque Siracidis verbis adhortentur se Sacerdotes. *Non te pigeat visitare infirmum; ex his enim in domino firmaberis.* Dicant proin, quotiescunque ad infirmos vocati fuerint, cum Christo: *Ego veniam, & curam consolabor illum.* Dicant cum Apostolo r. ad Cor. *Etus sum infirmis infirmus*, non mentiendo, ut ait S. Hieronimus ep. 18. sed compatiendo, non simulantis affectu commiserantis affectu; magnum quippe, teste S. Gregorio Nazianz. *calamitoso remedium est miseratio ex animo duxerit, negligi viderit, aut negari.*

§. VI.

De Exemplis Caritatis erga Pestiferos.

I. Cum juxta Christi testimonium, majorem necesse sit beat caritatem, quam qui animam ponit pro Amico, et ceteris patet, Sacerdoti ad Caritatem Proximo exhibendam specialiter vocato, etiam hoc obsequium negligendum esse, sed potius tanto ferventiùs suscipiendum, quatenus clarior em habeat occasionem Pastoris boni officium imitari, animamque suam pro ovibus ponendi. Quo in genere plures Sacerdotes præclaro exemplo præiverunt.

S. Carolus Borromæus, cum Mediolani pestis acerrimè grassaretur, peractâ supplicatione publica, nudis pedibus, in illo valido fune, manibus ponderosâ Cruce infertâ, cum quibusdam Familiaribus suis servitium aegrotorum peste laborantium auspicatus est, & ipsemet infirmis ac moribundis pestem halantibus Sacramenta ministrabat, nihil veritus addere lectis expirantium, suggerens illis misericordiam DEI, & plenariam in postremo vitæ Articulo indulgentiam largiens. Comp. vitæ c. 23.

In Romano Martyrologio 28. Februarij fit mentio illorum Presbyterorum, qui Alexandria, cum sub Valeriano Imperatore Pestis gravissima grassaretur, morbo illo laborantibus ministrantes, libentissimè mortem oppetierunt, quos velut Martyres religiosa piorum fides venerari concedit; de quibus etiam S. Dionysius Episcopus Alexandria apud Eusebium l. 7. c. 16. sequens testimonium dedit: *Ex Patribus, qui virtute erant præstantissimi, in hunc mortem oppetiverunt, adeo ut istud mortis genus, quod propter incredibilem pietatem, & robustam fidem suscipiebatur, nihil a splendore Martyrij abesse videretur.*

S. Bernardinus Senensis, cum anno millesimo quadringentesimo Jubilæo innumera multitudo Peregrinorum Romam venientium peste correpta in Hospitali Senensi jaceret, & ob intolerabilem fetorem nemo fermè reperiri posset, qui inservire illis vellet, ipse in primis multis septimanis accuratissimè, & officiosissimè illis ministravit; postea verò advertens se tali labori solum non sufficere, duodecim pios & religiosos Juvenes ad se vocans, eisdem multis argumentis ostendit, quam præclarum DEOq; & Proximo gratum obsequium præstare possent, si infirmis his servire, vitæque, si necesse foret, in hoc servitio ponere vellet; cumque non difficulter id iis persuasisset, mox omnes peccata confessi, & sacro epulo refecti curam ægrotorum magna cum alacritate susceperunt. Itaque S. Bernardinus officia inter illos ordinatissimè distribuit, ita tamen, ut, quoad fieri poterat, ipsemet omnibus adesset, pharmaca pararet, cibos porrigeret, sordes amoveret, condoleret, solaretur, Sacramenta porrigeret, vitæ sanctos sepeliret, omniâque alia caritatis officia summa cum alacritate & patientiâ præstaret. Non est

est autem passus benignissimus DEUS, ut inter eos vigilias, & incommoda unquam adversa valetudine raret Divus, sed potius semper promptus, alacer, vigili defessus tum ægros, tum Ministros dictis & factis corabat. Surius 20. Maji. c. 10. 11. & 12.

Alanus de Solminihac, cum Civitatis, in qua suburbium pestis corripuisset, ad eam avertendam generis remedia Subditis suis suggessit, spiritualia & corporalia. Prioris generis erant 1. Lex condita, pœna excommunicationis saltationes, aliæque recitatae quæ vix sine offensa DEI peraguntur, prohibebantur, hortatio civium, ut pœnitentiam agerent, & iniunguntur; quem in finem DEI timorem & ejus judicium prædicabat, dicens, istas excubias omnium, quæ urbem portas locare possent, optimas esse. 3. Voti, quod in hunc finem conceperant, exolutio. 4. Inedia, & comprecatio, & supplicatio. 5. Expositio Venerabilium templis, & in fine Missarum solemnium cautatio. 6. *Recordare Domine testamenti*; cum oratione peragitur. 6. Recitatio antiphonæ *salve Regina* sub meridiem summum Majoris Campanæ facta. Posterioris generis erant 1. Prohibitum infectorum cum sanis non necessarium contactum. 2. Nundinarum omissio. 3. Excubias ad peccatum verius institutæ. 4. Separatorum habitaculorum constructio infectis destructio. 5. Medicorum & Chirurgorum assistentia. 6. Consilium sanitatis institutum à primoribus civitatis. 7. Accurata visitatio locorum cuiusvis assignati. 8. Sollicita provisio tum necessariorum alimentorum tum Medicamentorum. Præter hæc media assignata ipsi primùm locum aliquem suæ Dioceseos peste correpta audivit, mox accurrit, & manè absoluta oratione egrediendo non amplius redibat, quàm sero vespere: ad januas domorum peste afflatarum accedens pulsabat, & postulans advocans ad confessionem hortabatur, & ad mortem invitabat. Nec tamen ullam unquam ipse præservatricem medicinam adhibere voluit, dicere solitus, non alio modo, quàm divinâ providentiâ opus esse. Vita l. 3. c. 1.

Franciscus Februires è Societate JESU Fuldæ caritate peste afflatis ministrabat, ut ægrè, se solum ipse

ferret, cessante pestilentia, occasionem sibi tantæ caritatis diutius exercendæ eripi. Annus Rhen. 1597.

Alius quidam ex eadem Societate, cum Cœlitij intellectus, animum quoddam pœdore terribissimo resertum esse, in quo homines aliquot peste afflati sine auxilio jacerent, eò quod nemo illuc ingredi auderet, mox solus illuc intravit, & magnum sexus utriusque animam agentis numerum inveniens, omnes confessione expiavit, & ad mortem disposit. Annus Belg. 1597.

II. Perpendant itaque Sacerdotes, quàm pretiosa in conspectu Domini sit caritas in tali periculo monstrata, & S. Laurentij Justin. I. de S. Martino sententiam altè animo immutanti: *Magnum prorsus Martyrj genus est, utro se pro amore Christi dare periculis. Audi sine ferro Martyrem ex sua caritate morientem.* Resolvant se proin ad hoc obsequium intrepidè & hilariter exhibendum, certò credentes, quod vita, quæ propter caritatem despicitur, per caritatem melius obtinetur.

§. VII.

De Exemplis Caritatis erga Captivos.

I. Nec hujus quidem caritatis exercendæ rationes & occasionēs multiplices defunt Sacerdotibus; cum enim captivitas ipsa tum ob creptæ libertatis dolorem, tum ob carceris molestiam, tum ob conjunctum sæpe cruciatuum metum, ipsiusque vitæ amittendæ periculum, meritò inter gravissimas hujus Mundi misérias numeretur, facilè colligatur, ad hanc quoque vel maximè Zelum & Caritatem Sacerdotum extendere se debere, uti quam plurimi eorum non minus egregiè præstiterunt, quàm sagaciter agnoverunt.

S. Paulinus Nolanus Episcopus, cum omnia sua bona in captivorum redemptionem, & egenorum opem expendisset, & vidua quædam, ut Filium à Wandalis captum redimere posset, subsidium ab eo exposceret, seipsum pro illo in captivitatem tradi jussit, sicque diu hortulani officio functus est, donec, DEO sic mirabiliter disponente, à Domino